



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Elegia 2. Ioannis adhuc rei querel, peccati agnati expiatio & ardor vtero materno erumpendi, vt Christum adeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)



Hinc agili volitat pede virgo simillima ceruæ,  
 Quem dare frena putes, pufio calcar agit.  
 Quippe puer marri, pueri sine pondere pondus,  
 Dic, vbi flos ramum prægrauat ipse suum?

## Elegia 2.

Ioannis adhuc rei querela, peccati  
 agnati expiatio & ardor vtero  
 materno erumpendi, vt  
 Christum adeat.

**A** H! puer infelix primæui criminis heres,  
 Cui scelus est nasci, cætera vita mori!  
 Cur ego non natus, vinculis innascor, & orco?  
 Vt quid adhuc viuam; mors cui partus erit?  
 Non merui, & graue crimen Auus meruisse nepotem  
 Cogit, & in panas imperat ire suas.  
 Hinc æquæua reo succreuit echidna nepoti,  
 Quam genuit primo crimine fœtus Auus.  
 Hinc vel abusque rudi vinxit dolor improbus ortu,  
 Morsque catenatâ compede vincula tenet.  
 Damnatusque prius quam natus is aggemit orco.  
 Sic mihi visus eras paruule velle queri.  
 Et quem non ea fors nocuâ prædamnat in aluo?  
 Teque adeo fontis quem scelus vrget aui.  
 Sed bene consuluit primis spes alma querelis.  
 Publica mors alijs, sit tibi priua salus.  
 Esto, cauâ paries nunc diuidat inuidus aluo;  
 Et geminâ dispar claudat vtrumque domo:  
 Sic ramentem absentem IESVS contingit alumnum.  
 Quò pes ire nequit; dextra medentis adit.  
 Fratris enim gremio concretam è crimine pestem  
 Eximit, & medico diluit imbrem scelus,  
 Seu potius labem sacer expiat ignis ocelli,  
 Exuritque reis atra venena fibris.  
 Et nigra corda sacrâ face lustrat, & imbuit igne  
 Calite, quo purus luceat inde decor.



Altera nunc facies, nunc vertitur alter & ordo.  
 Præcoce iam gestis spe celer astra sequi,  
 Scilicet ægregijs cui vis viget enthea flammis,  
 Ire paras rapido pulchra perausa gradu.  
 T'en retrahat nexus, longæque coërceat horæ  
 Circulus, ardenti quem Deus ore trahit?  
 Non ea mens puero. primo qui maximus ævo es,  
 Sustineas arcto carcere parue premi?  
 Sed quid agas? captiua negant vestigia cursum.  
 Lingua tenax vocem; viscera clausa viam.  
 Callidus, es noui, quantumuis vincula stringant;  
 Erumpet roseo carcere victor amor.  
 Grassatur ferreo ille gradu per tela, per ignes;  
 Nec teneri vincet mollia sepra sinus.  
 At cecidit spes cassa, tenent, longumque tenebunt  
 Vincula pennatos insidiosa pedes.  
 Sed quid vincla nocent? geminos vt vinxit amantes  
 Qui stat Amor mediâ compede, liber abit.

*Elegia 3.*

Ioannes ardet materno gremio prorumpere;  
 pere; vt Christum coram salutet.

IOANNIS QUERIMONIA.

**D** Extra benigna mei mihi si quid donat IESV;  
 Inuida fors læuo stans pede ferre vetat.  
 Plura tui tenero bona quam quis credat, in ortu;  
 Et quam quis credat, vincula plura fero.  
 Scilicet includunt arctis imperuia claustris,  
 Viscera me, blando quem puer ore vocat.  
 Non tulit hoc, animo qui viuividus excubat, ardor;  
 Nec feret infestas ianua clausa minas.  
 Rete scarus, caueam captiua lacessit aëdon,  
 Agnus & è septo liber in arua ruit.  
 Idalium fidus medijs erumpere nimbis  
 Gessit, & aura breui nescit in orbe premi.

R ij

Et pte.